

London, Royal 15 B XIX, f. 91r-96v (saec. X)
(similar to Rabanus, *De rerum naturis* XV.i, PL cxi 416B-418A)

=====

Definitio philosophiae

{ PL111 416A-B } Philosophia est inquisitio / rerum humanarum diuinarumque cognitio quantum homini¹ possibile est rimari. Est quoque philosophia honestas uitae, studium bene uiuendi, / metus² mortis, contemptus saeculi. Quod³ magis conuenit Christianis, qui saeculi ambitione calcata disciplinabili similitudine futurae patriae uiuunt. /

Materia ergo philosophiae constat ex scientia / et opinione. (Quid sit scientia). Scientia cum res aliqua certa ratione / percipitur, ut <eclipsin solis⁴ lunari corporis obiectu est, uel> in scripturis historiae textus qui / rerum gestarum exprimit ueritatem siue moralis / uita fidelis institutio. (Quid sit opinio). Opinio est cum incerta res / latet et nulla firma ratione diffiniri potest, ut / magnitudo coeli uel profunditas terrae, siue etiam / inuisibilium rerum et inconprehensibilium disputatio. /

Diuiditur ergo philosophia in tres partes, hoc est in phisicam, ethicam, logicam.

(Phisica). In phisica igitur causa quaerendi. } / Cuius partes sunt vii., hoc est arithmetica, astrono/mia, astrologia⁵, mechanica, medicina, geometrica, / et musica. (Arithmetica). { PL111 413D } Arithmetica est numerorum scientia. (Astronomia). Astro/nomia est lex astrorum qua oriuntur et occidunt astra. / (Astrologia). Astro`lo`gia est astrorum ratio et natura et potestas caelique conuersio. (Mechanica). Mechanica est peritia fabricae artis / in metallis et lignis et lapidibus. (Medicina). Medicina est scientia curationum ad temperamentum et salutem corporis / inuenta locorum. (Geometrica). Geometrica est disciplina mensu/randi spatia locorum et magnitudines corporum. |91v| (Musica). Musica est diuisio sonorum et uo`cum´ uarietas et modulatio canendi. } /

¹ homini] hominis *L*

² metus *sic L*, meditatio *Rabanus*

³ Quod *Rabanus*, Quo *L*

⁴ <exlipsis - uel> *addidi*

⁵ astrologia] arologia *a.c. L*

(Ethica). { PL111 416B In etica autem ordo uiuendi. } Quae
{ PL111 413D-414B diuiditur in iiii^{or.} partes⁶, / hoc `est` in prudentiam,
iustitiam, fortitudinem, et temperantiam. / (Prudentia). Prudentia in
agnitionem ueritatis inducit hominem. / (Iustitia). Iustitia dilectionem
dei et proximi seruat. (Fortitudo). Fortitudo uincit / aduersa
mortemque contempnit. (Temperantia). Temperantia uitiosas /
uoluptates reprimit et omnia moderat. }

(Logica). { PL111 416B In logica uero / ratio intellegendi
uersatur. } Quae { PL111 414B diuiditur in duas spe/cies, hoc est
dialecticam et rethoricam. (Dialectica). Dialectica est / disputatio
acuta uerum distinguens a falso. (Rethorica). Rethori/ca est disciplina
ad persuadendum quodque idoneum. }

{ PL111 416B-418A In quibus / uidelicet tribus generibus, id est in
phisica, ethica, logi/ca, philosophiae diuina eloquentia consistunt. / (De
natura). Nam aut de natura disputare solent ut in Genesin / et
eccleasten; aut de moribus ut in Prouerbiis et in / omnibus sparsim libris;
aut de logica, pro qua nostri t`h`eo/logicam sibi uindicant, ut in Cantico
cantiorum et / sancto euangelio. (Theologica).

Theologica(!) quoque est, quae latine inspe/ctiua dicitur, qua
supergressi uisibilia de diuinis et coelestibus aliquid mente solum
contemplamur. Nam / in has quoque duas partes philosophia uera
diuiditur, / id est in speculatiuam et actuaalem. (Actualis). Actualis est
quae in o/perationibus huic⁷ uitae mortali⁸ necessariis con/sistit. Per
hanc igitur mos uiuendi, honestus appetitus, et instituta ad uirtutes
tendentia exercentur; / per illam uero deus amatur spe et fide colitur.
Unde neces/se est, ut quicumque sapiens esse desiderat, et ad
cogni⁹tionem uerae sapientiae atque ad contemplationem ipsi/us
ueritatis peruenire uoluerit, sacras scripturas / secundum regulam
catholicae fidei intente legat, et secundum / eorum instituta⁹ in sacris
uirtutibus bene uiuendo / semet ipsum exercere studeat, mundumque cor
ab omni / malo desiderio et mundi cupiditate habere certet, / sicque ad
desideratum bonum deo opitulante peruenire / ualebit, hoc enim
Psalmista nobis ostendit dicens (*Ps* 118.1-3): Beati immaculata in uia, qui
ambulant in lege domini; beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde
exquirunt eum; non enim qui operantur iniquitatem, in uis eius

⁶ iiii^{or.} partes] duas species *a.c. L*

⁷ huic] huius *i.t.*, uel huic *s.l. L*

⁸ mortali *Migne*, mortalis *Schepper*

⁹ instituta] insistentia *a.c. L*

ambulauerunt”. Hinc et ipsa ueritas dicit (*Mat. 5.8*): “Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt”. Itaque primum sciendum est quod quaedam res tam clarae et tam nobiles sunt, ut non propter aliud emolumentum ex petendae sint, sed¹⁰ propter suam solum modo dignitatem amandae et exequendae.

(Virtus). Virtus uidelicet scientia ueritatis amor bonus, has quidem res ueri philosophi intellexerunt in natura humana. Et summo studio coluerunt. Igitur uirtus est animi habitus, naturae decus, uitae ratio, morum nobilitas.

Quae habet partes quatuor, idest prudentiam, iustitiam, fortitudinem, et / temperantiam.

Nam prudentia est rerum et naturarum scientia. Haec habet partes tres, hoc est memoriam, intellegentiam, prouidentiam. (Memoria).

Memoriam¹¹, per quam animus repetit illa quae fuerunt. / (Intelligentia).

Intellegentiam¹², per quam ea perspicit quae sunt. (Prouidentia).

Prouidentiam¹³, / per quam futurum aliquid prouidetur antequam fiat. /

(Iustitia). Iustitiae quidem diffinitio talis est. (Diffinitio

iustitiae). Iustitia est habitus animi unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac |92v| diuinitatis cultus, in hac humanitatis ius¹⁴, et aequitas / totius uitae conseruatur. Haec partim ex naturae iure, / partim ex consuetudinis usu constat. Quia quaedam / partes illius naturae ius

inserit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obseruantiam, ueritatem. Quarum¹⁵ diffinitio talis esse potest. (Religio). Religio est quae superioris cuiusdam rei quam diuinam uocant, curam

ce`ri`moniamque / affert. (Pietas). Pietas per quam sanguine

coniunctis patriaeque / beniuolis, officium et diligens tribuitur cultus.

(Gratia). Gratia in qua amicitiarum et officiorum, alterius memoria et

remunerandi uoluntas continetur. (Vindicatio). Vindicatio per quam /

uis aut iniuria et omnino omne quod offuturum est, defendendo aut

ulciscendo propulsat. (Obseruantia). Obaseruantia per quam homines

aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam / et honore dignantur.

(Veritas). Veritas per quam ea quae sunt, aut ante fuerunt aut futura

sunt dicunt. (Iustitia). Ex consuetudinis ergo usu / iustitia seruatur, ita

ut ex pacto et pari iudicatoque et / ex lege consideretur¹⁶. (Pacum).

¹⁰ sed] s(ecundum) *L*

¹¹ Memoria(m) *L*, memoria *Rabanus*

¹² Intellegentia(m) *L*, intellegentia *Rabanus*

¹³ Prouidentiam *L*, prouidentia *Rabanus*

¹⁴ ius *L*, iura *Rabanus*

¹⁵ Quarum] Qualis *L*

¹⁶ consideretur] consideratur *a.c. L*

pactum quoque est quod inter aliquos conuenit. (Par). par¹⁷ quod omnibus aequabile est. (Iudicatum). Iudicatum quod alicuius magni / uiri aut aliquorum sententiis constitutum est. (Lex). Lex est omni populo scriptum ius quid cauere uel quid obseruare debeat. /

(Fortitudo). Tertia uero species uirtutis est, fortitudo quae ita diffinitur: Fortitudo est magno an<i>mo periculorum et laborum perpassio. (Magnificentia, fidentia, pacientia). Cuius partes sunt magnifice`n`tia, fidentia, pacientia, perseuerantia. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione, cogitatio atque administratio. (Fidentia). Fidentia est |93r| per quam magnis et honestis in rebus, multum animus in se fiduciae certa cum spe collocauit. (Pacientia). Pacientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum, aut difficilium uoluntaria ac diuturna perpassio. (Perseuerantia), Perseuerantia est in ratione bene considerata, stabilis ac perpetua permansio.

(Temperantia). Vltima uero species uirtutis est temperantia. Cuius diffinitio talis est: Temperantia est rationabilis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Eiusque partes sunt continentia, clementia, modestia. (Continentia). Continentia est, per quam omnis mala cupiditas, magna consilii gubernatione regitur et deprimitur. (Clementia). Clementia est, per quam iniuria et odia miti animo retinentur. (Modestia). Modestia est, per quam totius uitae modus seu animi seu corporis motibus, ubique honesti cura seruatur. Unde honor est eximius coram hominibus haec seruanti et laus apud deum. }

¹⁷ par. q(uo)d omnib(us) L, pariter, non omnes *Migne*, par in omnis *Schipper*